

declarationem, videndus Bart. in extrav. ad reprimendum. Georg. Natta in repetitione ipsius clem. & ibi etiam Lanfranc. Marant. de ordine jud. 4. p. 9. dict. à princ. fol. mibi, 186. Optimè Octavian. Cacheran. in decisionibus Pedem. decis. 3. per totam. & Perez de Lara in tract. de annivers. & Capell. lib. 1. c. 10. à n. 46. cum plurib. seqq. quibus locis exactè tractant de natura & qualitate dictionis summarie, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicii, de quibus in dictis clem. & quid unaquaque appetat in iure.

145 Et de prædicta & de modo procedendi in causis beneficialibus juxta tenorem d. clem. dispendiosam, & d. clem. sepe, ultra prædictos latè tractat & seriatim Lam. in tract. de jure patro. 12. art. cum sequentib. & supra 9. q. princ. 2. p. lib. 2. & per totam q. princ. 10. & 12. cum omnibus suis articulis eadem 2. p. lib. 2. & stylum Rotæ in causis beneficialibus, & spiritualibus quæ ibi agitantur, latè ponit, ex aliis pluribus Sebaltian. Vantius in tract. de nullit. sententiarum ex defectu processus à n. 58. usque ad 66. in quo quidem advertit, quòd cum stylus curiæ, seu loci in quibus causa agitur, non autem

146 curiæ, delegantis servandus sit ut per Egidium concl. 78. super appellatione, & quæ ipse Vant. ibi numero 56. idcirco si Papa causam alicui iudici in partibus cum potestate summarie procedendi, commiserit talis iudex non cogatur servare stylum, & terminos Romanæ curiæ, sed juris communis dispositionem sequi debet, ex Egidio concl. 82. si Papa: nam talis stylus

147 ad alia loca non se extendit. Roma. consil. 367. col. 3. Aimon. consil. 121. scripsi, colum. penult. prout nec stylus palatii non extra egreditur, nec ad alia se extendit Egidius conclus. 177. etiam ubi, quòd & ex aliis auctoritatibus nos supra cap. 10. hac 2. part. num. 27. probavimus, quòd stylus Rotæ non attenditur extra curiam in lite vertente in partibus, diffusè etiam dixi supra 1. part. capite 2. §. à principio.

148 Unum tamen non dissimulabo, quòd quando in sententia, rescripto, vel quavis alia dispositione, summarie procedi jubetur: processus formandus est in forma judiciali, ut constat ex Doctoribus in toto hoc articulo supra citatis, dicitio enim (summarie) subtiliter quam in judicialibus actibus non verificatur, nam in processu summario, & etiam si in eo procedatur simul, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, licet ordo iudicii tollatur; non tamen substantialia iudicii, ac idèd causæ cognitionem adhiberi necesse est, nec legitime probationes, prout causarum qualitas exposcit, sublatæ censi debent, latè pluribus relatis Pedemont. ubi supra d. dec. 1. sub n. 1. & 2. Perez

149 de Lara in d. c. 1. nu. 46. cum tribus sequentibus. & quia quando sic proceditur requiritur citatio, juramentum calumniæ; & similia, quia actus sunt judiciales, non autem extrajudiciales, ut expressè ex aliis dicit Baptist. de S. Blas. in tr. de arbitro & arbitr. q. 30. & 31. & sic quòd coram eo, qui extrajudicialiter procedit, non juratur de calumnia, ubi etiam q. 29. 30. 36. 39. & 40. quòd libellus, lris contestatio, recusatio, interlocutio, ac processus publicatio & similia, sunt actus judiciales, non extrajudiciales.

150 Et quoniam d. clem. dispendiosam, quæ ita summarie, & in beneficialibus procedendum, disponit, fituratur sub titulo seu rubrica de iudiciis, ergo ejus processus pertinet ad iudicium, & in judicialibus verificari debet. Etenim quando aliqua materia ponitur sub aliquo rubro, ex hoc iudicatur esse illius naturæ, cujus est rubrum, ita vult gl. notab. in c. 1. in c. si super gratia. & ibi Dominicus de offic. delegati, lib. 6. gloss. in c. ubi qui rescript. eodem lib. gloss. in clem. unica de offic. delegati, quas commendat ad id Panormit. in proemio decretal. & in c. suspensionis de offic. delegati Joan. de Immola rubr. ff. de verbor. oblig. Everard. in locis legalibus, in loco, à rubro, quia lex vel Canon debet intelligi se-

cundum Rubricam, sub qua situatum est ex eisdem auctoritatibus. Et ita consultus semel respondi, dum super electione præbendæ Doctoralis Tudenis Ecclesiæ, ad quam Licentius Ferdinand. de Mera ac Carbaial oppositor comparavit, coram Capitulo exceptiones irregularitatis, bigamiæ, ordinum, & alias legitimas opponens, contra personam alterius, pariter oppositoris ad præbendam, & à Capitulo recusante eas examinare, & de his cognoscere, appellavit ipse Licent. Mera, & protestatus auxilium Regium violentiæ, & adductis actis ad hanc Curiam altam Gallogræcam, me patrocinante, informante, & insistente appellationem legitimam foreque necessariam super exceptionibus judicialiter procedi, decretum est à toto Senatu, ad datum tertium genus violentiæ. Nempe que oyendo el Cabildo y el obispo, ò el que dellos pudisse y deviesse conocer, al Licenciado Mera sobre sus excepciones, y procediendo en ellas conforme à derecho, ne hazia fuerça, y no lo haziendo la hazia, otorgasse, &c. & hujus decreti intimata Regia provisione Episcopo, & capitulo, quod cum voluisset, extrajudicialiter de dictis exceptionibus cognoscere, licet Episcopus contra; iterum D. Ferdi. de Mera appellans protestatur, & viso processu per totum Senatum me informante, ac iterum insistente, jus esse, ut omnino de eis debet fieri judicialis examinatio, licet in iudicio summario ex supra dictis auctoritatibus, & clementinis, iterum tertium genus datum est in Senatu ut, procediendo summarie, y dando al Licenciado Mera dies dias mas de termino, no hazia fuerça, y no lo haziendo, la hazia otorgasse, &c. Ita intelligi in judiciali cognitione juxta Clement. dispendiosam respondi, cum ita ius dicitur, quando in electione comparet, contradictor legitimas exceptiones opponens, ut hæcenus dictum est superius, & quia verba iudicis debeant intelligi secundum mentem juris, text. in cap. causam, de rescriptis, l. si stipulatus, in princ. de usuris, l. Gallus, §. qui iam recte, de liberis & posthum. Alexand. consil. 2. numer. 2. lib. 3. & ita intelligendum esse, omnes Senatores nemine dempto, non aliter, affirmarunt. Melius tamen & commodius erit pro hujusmodi subtilitatibus vitandis, aut parcendis litigantium expensis, ut clara decreta concipiuntur propter cavillationes excusandas, quæ ex verbis obscuris, & subtilissimis juris solent deduci, & altercari: multa etiam alia, quæ ad extrajudiciales spectant quæstiones, inferius dicemus.

Hujus sic expeditæ materiæ præparatio principalis nostræ quæstionis resolutionis locum facit, an iudex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens appellationi interpositæ à provisione cujusvis beneficii, in qua partem negativam, nempe vim non fieri tenet Lambert. de jure patro. p. 2. q. 11. art. 5. num. 2. vers. bene verum, dicens, quòd quando institutio facta est, possessionem, adeptam non esse attentatam, appellatione pendente, cum suspensivo careat, sed imò posse exequi, mandari institutionem, pro qua etiam parte videtur text. expressus in c. constitutis el. 2. 46. in ordine de appell. ubi dicitur, quòd contra electum, vel confirmatum non admittitur exceptio vel appellatio, ad impedimentum electionis, vel confirmationis effectum, sed demum posse habita possessione, pro quo solet etiam citari Philipp. Franc. ibi.

Et in terminis, ut nulla violentia fiat in provisione 154 Capellanæ, si appellationi non deferatur; videtur affirmare Cevallos in contra comm. q. 693. n. 31. in 1. tom. per text. in d. c. constitutis, ut hujusmodi Capellanæ provisio non impediatur, vel suspendatur, etiam si fuerit appellatio interposita & supræma Cancellaria ad quam vehitur per viam violentiæ, aliquando vim fieri, aliquando verò non fieri, arbitrari, licet melius esse (dicat) appellatione sprete, ut tales provisiones exequantur, ne

ne ultima testatorum elogia, & animarum eorum suffragia suspendatur, bonaque, lite pendente dispendentur ex quibus ipse videtur probare appellationem interpositam in provisione beneficiorum admittendam non fore, quo modo emissa, sive extrajudicialiter procedatur, sive in contradictorio iudicio.

155 Sed ne te detineam diutius, illa est concors, ac receptissima omnium Doctorum, & Rotæ sententia, omni jure probabilis ac vera in hoc articulo circa provisionem quorumcumque beneficiorum, quod si in ea procedatur sua primordiali natura recenta, hoc est extrajudicialiter, appellatio emissa ab alia nullatenus suspendat nec impedit possessionis beneficii, seu Capellanæ adeptionem, nec violenta, nec attentata dicitur, nec vis in delationis denegatione committitur, quemadmodum nec in ceteris actibus extrajudicialibus, de quibus supra ad princ. hujus capituli dixi: textus est expressus, ( sic etiam à Doctoribus statim citandis, communiter intellectus ) in c. constitutis el. 2. 46. in ordine de appell. supra citatus.

Aut enim ipsa beneficiorum provisio amissa primæva & alterata sua natura, judicialiter celebratur, in contradictorio iudicio cura contradictore, & causæ cognitione iudicii ordine servato, & per diffinitivam 156 sententiam (secundum quæ hæc usque dicta sunt) tunc ab ea emissa appellatio suos effectus retinet, ita ut possessio adeptæ, & omnia postmodum gesta sint attentata, & nulla, ante omnia revocanda, & reponenda, quia utrique & licita est, & permixta, text. in c. collatione beneficii, de electione lib. 6. juncto, c. non solum, de appell. text. in clem. dispendiosam de iudiciis, juncta clem. sepe, de verborum signifi. c. 2. ut lite pendens in 6.

157 Et hujus articuli istam divisam resolutionem probat Abb. in d. c. constitutis nu. 6. 14. & 15. Philip. Franc. ibi n. 9. & Immola n. 6. & 13. Anton. de Butrio n. 9. 10. & 11. Decius n. fin. Lamb. de jur. patro. lib. 2. p. 2. q. 11. artic. 5. n. 2. Lancelot. Robert. (qui in hac dist. optimè & cum maxima claritate multis in locis loquutus est) de attent. 2. p. c. 12. limit. 4. num. 11. dicens, sic per Dominos de Rota, pluries fuisse iudicatum, quòd quando institutio habet vim interloquutoria, & sic quando extrajudicialiter efficitur (ut supra per nos) appellatio non admittatur, ut verò quando diffinitivè pronuntiat, & per sententiam celebratur, appellatio ab ea pendente, nihil esse innovandum, per eundem Lancelotum de attent. 2. p. c. 12. limit. 49. num. 3. & 5. & limit. 5. num. 14. & 15. & loquendo in institutione facta pendente appellatione judiciali, hoc est, quando proceditur judicialiter, ut sic attentata possessio, ipse Lancelot. 2. p. in præfatione num. 298. & 603. & sequentibus. Natta consilio 568. Calder. consil. 1. ut lite pendens. & idem cum Lanceloto locis superius allegatis tenet Azevedus in Curia Pifa lib. 2. cap. 4. numero 4. cum quibus hanc doctrinam optimè adeptus est noster Perez de Lara de Capellan. lib. 2. cap. 11. à princ. dicens, quòd à sententia lata in favorem alterius ex litigantibus, cui jubetur Capellanæ collationem fieri altero appellante, non possit sententia præfata, & in contradictorio iudicio lata executioni demandari. Secus autem quando provisio habet vim interloquutoria, hoc est extrajudicialis, optimè & melius quam alibi præfata distinctionem probat, explicat, & declarat Hieronym. Gonzal. famosus advocatus, in regula 1. de men. & alter gloss. 9. in annotat. à nu. 27. num. sequentibus. & iterum inferius à n. 203. usque ad num. 208. hoc iterum affirmat Cachus in institut. major. lib. 4. tit. 4. nu. 67. Nicolaus Garcia de benef. 9. p. c. 4. à nu. 16. dicens, institutionem præfentati factam pendente appellatione per alterum interposita à sententia ordinarii, & possessionem subsequutam, & præfentato instituto captam, pendente appellatione judiciali, interposita ab institutione facta in sententia; esse attentatam, cum

tunc causa appellabilis sit, allegat in id Joann. Andr. Lapum, Domin. num. 7. & Franch. in c. avaritia de electione in 6. idem etiam probant Brededor. in tract. de appellat. 1. part. à quibus actibus titulo 20. vers. ab institutione præfentati, pag. 419. Marcus Anton. Genuentis in praxi Archiepiscop. Curia Neapol. c. 61. num. 16. affirmans in dict. Curia esse receptam; quod ubi post sententiam est facienda institutio, ut sic attentata, quando pendet appellatio, per quos & Perez de Lara Lancelot. & Azeved. ita firmat Nicolaus Garcia loco relato numero 22. idem etiam probat Borginuis Caval. decis. 26. numero 56. p. 3. & ejus additionator Brixian. in reportorio, verbo, appellatio interposita, dicentes quòd appellatio interposita à provisione, & institutione beneficii facta extrajudicialiter, nec suspendit executionem, nec impedit administrationem lite durante. Secus si judicialiter est facta, quia tunc admittitur, & causam suspendit.

Et loquendo in provisione beneficiorum facta per 158 sententiam, & contradictorem, qua etiam declaratur, beneficium esse juris patronatus, ut possit quoad utrumque effectum appellari, post Lancelot. & alias Rotæ decisiones, atque Doctores tenent Joan. Hieron. Campanill. divers. jur. canon. rubrica 11. c. 13. num. 476. fol. 398. & ita pluries tenuisse Rotam, firmat Marefc. var. resol. lib. 2. c. 64. à n. 20. eandem distinctionem à Rota receptam esse, passim reperio; ipsamque hujusmodi in appellationibus recipiendis, vel non, & deducendis attentatis: præ oculis semper habere, ut in terminis videre est per unam Zamoren. beneficii coram Corta 20. Junii 1575. & alia Calaguritana beneficii 7. Maii 1574. coram Blanquetò. Compostellana parrocial. 9. Decembr. 1592. noviter fuit resolutum in alia Calaguritana beneficii 18. April. 1603. & in alia etiam Calaguritana, de Ollavari. 28. Januarii, & 22. Martis 1604. quarum meminit Hier. Gonz. loco citato supra n. 203. & iterum n. 28. quo loci dicit, in hac ultima decisione ipso informante, decisum fuisse, quandam constitutionem disponentem institutionem, quòd præfentata à majori parte Capitularium, præfentato statim fiat collatio, & traditio possessionis, de qua constitutione fuit oppositum per quandam præfentatum, de quo ibi: cui per Rotam fuit responsum, ultra alias rationes, non excusans attentatam possessionem, & institutionem subsequutam, quia dicta contradictio esset intelligenda; quando extrajudicialiter proceditur ad institutionem, non autem quando judicialiter, quia tunc appellatio emissa habet utrumque effectum suspensivum, & devolutivum. Ita ut ea pendente, vel termino ad eam proponendam, non potest fieri actualis collatio, & institutio. Imò facta foret attentata, & nulla, ut per eundem in dict. num. 203. & Doctores supra citatos.

Ejusdem etiam distinctionis sequutus meminit optimè Marquell. in tract. de commissionib. 1. p. c. 13. num. 90. ut ab institutione extrajudicialiter facta appellationi emissa deferendum non sit. Secus autem appellationi interjectæ ab institutione facta, & celebrata in forma iudicii contradictorii, quia tunc ut licite deferendum est, & quidquid ea pendente fuerit attentatum, tunc ut nullum protinus revocandum, allegat Rotam dec. 33. de appell. in novis, & Achill. dec. 26. de appell. qui ita nuperrimè fuisse decisum per Rotam coram Domino Pernia in una Auriens. 1. Julii 1596. testatur, allegat etiam Lancelot. ad id.

Pariter etiam hanc doctrinam amplexa est Rota 160 pluribus causis, signanter in una Neapolitan. Capellanæ de mense Decembr. 1562. & in alia Calaguritana portionis, de Amarita 27. Julii 1575. quæ est decisio 6. 2. part. diversorum, & alias plures, quas allegat Nicolaus Garcia dict. 2. tomo 9. p. 64. à num. 17. & ibi à n. 24. versiculo non refragatur usque ad n. 26. alias decisiones

fiones Rotæ ad literam refert, expresse tenentes, Doctores & jura prohibentia appellationem ad provisionem beneficiorum, & Capellaniarum procedere, & debere intelligi; quando extrajudicialiter in illa procedatur, secus autem quando judicialiter processum est, quia tunc appellationem admittendam esse, & attentatum facere, quæ decisiones præcipue allegatae ibi, n. 25. alios extra jam à nobis citatos Doctores allegat, alias etiam decisiones plures Rotæ videre poteris per Lancelot. Robert. & Perez de Lara in locis superius allegatis, & plures alias Rotæ decisiones & Doctores pro hac distinctione adduxi 3. p. 6. 11. à n. 31. quos omnino vide; & testatur etiam Marefcortus var. resolut. lib. 2. c. 64. à num. 20.

161 Quam doctrinam & distinctionem, ut admittas, velim generaliter in omni, omniumque Beneficiorum, provisione, collatione, confirmatione facta ad electionem, & institutione facta ad præsentationem alterius, ut ultra Doctores proxime ita loquentes supra citatos, tenent Franchus in c. fin. de electione lib. 6. num. 9. & in d. cap. constitutis 2. de appellat. Sarnerius decis. 31. Guido Bonus decis. 104. & fuit resolutum in una Neapol. Capellanæ de mens. Decemb. 1602. & Rota decis. 266. num. 1. lib. 3. diversis & in dec. 6. cum seqq. part. 2. diversis. Lancelot. Robert. 2. p. c. 4. in præfatione, nu. 72. 5. & cap. 12. dict. limit. 49. n. 1. & per totam, & ex supra relatis DD. id potest etiam colligi; & optimè animadvertit Gonzal. d. gloss. 9. in annotat. num. 206. qui nu. 207. rectissime damnat aliquos, præcipue Azevedum in Curia Pisana lib. 2. c. 4. num. 14. dicentem, aliud esse ad impediendam executionem in confirmatione, & institutione, & aliud in collatione. Eundem etiam in hoc damnat Garcia d. 9. part. cap. 4. numero 26. maximè cum superius probavimus, hoc in cap. in omnibus his casibus dupliciter etiam procedi solere, quandoque extrajudicialiter, quandoque verò judicialiter.

162 Isthæc nostra resolutio omnino practicanda est, quemadmodum passim, & quotidie practicantam vidi in hac nostra alma Regia Galleca Curia, in causis quæ ad eam trahuntur per viam violentiæ: & sic etiam in terminis nostræ quæstionis dicit Perez de Lara in d. tr. de annivers. & Capell. lib. 2. cap. 11. n. 8. quod si de facto Ordinarius exequitur suam sententiam latam super provisione Capellanæ, appellatione sprete, & causa feratur ad Regiam Cancellariam prætextu violentiæ aufertur, jubetur ab auditoribus, omnia reponi eo in statu, quo erant tempore prolatae sententiæ; quem ad id referens, etiam sequitur Nicolaus Garcia proxime relatus num. 27. ubi desuper etiam affirmat, quod superior ad quem appellatur, revocat omnia gesta, appellatione judiciali pendente, ut attentata.

163 Et uterque, Lara, scilicet, & Garcia, ille n. 10. iste num. 29. reprobant Cevallos in d. q. 69. nu. 31. qui dum in contrarium videtur se inclinari (ut supra ad princ. hujus quæstionis diximus) ex eoque movetur, quod supremi Cancellariæ auditores diversimodè declarare solent, aditi pro delatione appellationis à provisione Capellanæ, modo vim fieri, modo verò nullatenus, ex quo quidem nulla arguitur contrarietas nostræ doctrinæ, & distinctioni. Enimverò, quandoque ad eam vehuntur causæ hujusmodi retenta sua primæva natura, & sic extrajudiciales omnino, quo casu nihil mirum, ut vim non fieri declarent, cum appellatio non suspendat, quandoque verò causæ prædictæ accedunt alterata natura provisionis, & sic judiciales omnino, & ideo vim fieri, non deferendo loquuntur, & salvando D. Cevallos dico, quod ipse nihil loquatur, quando provisio Capellanæ facta est, vel mandatur fieri per sententiam; & in contradictorio judicio, nec id ex ejus verbis colligitur, sed loquatur generaliter, ut provisio fieri debet appellatione sprete, qui assu-

mendus est in hunc sensum, scilicet in provisione Capellanæ retinente suam primævam naturam, & sic quando est extrajudicialis, & ad hoc suadeo, cum alleget text. in d. c. constitutis 2. de appell. qui (ut diximus, & dicemus) loquitur in extrajudiciali provisione. Opinionem tamen Cevallos falsam vocat Aloyf. Riccius in praxi dec. jur. patron. dec. 229. n. 351. cum sequentibus, culpabilis quippe redditur, cum genericè, & indistinctè loquatur.

Et ideo nec etiam debent ob stare cætera quæ adduximus pro contraria parte hujus quæstionis, non Lamber. dum dicit institutum posse pendente appellatione: ab institutione capere possessionem, quia est quid facti & effectus consequutivus institutionis, cui respondent Azeved. Lara. Gonzal. n. 207. Garcia n. 20. dicentes, literam Lambertini esse corruptam; & ita à Rota in una Neapolitana fuisse declaratum, cum debeat intelligi, quando institutio facta non habet vim definitivæ, sed fuit facta extrajudicialiter, & sine contradictore, ut colligitur ex his quæ ipse dicit ibi præced. quod casu appellatio tanquam ab interlocutoria non debet facere attentata. Pro quo etiam vide Aloyf. Ricc. ubi proxime, & quæ nos 3. p. 2. c. 11. à n. 31.

Et ita etiam ad text. in d. c. constitutis 2. de appell. dum 165 dicit, appellatione pendente possessionem beneficii adeptam, non esse attentatam, eo modo respondetur, loqui in extrajudiciali provisione, quod latè tradit Lancel. de attent. 2. part. c. 4. num. 614. & 627. & c. 12. in præfatione n. 79. & præsertim limit. 40. & 49. supra allegatus, & ultra eum Joan. And. Lopus, Domin. & Franc. in d. c. avaritiæ, Cuchus in instit. majori. lib. 4. tit. 4. n. 67. Garcia d. n. 19. Hieron. Gonz. supra n. 207. versic. & ad text.

Unum tamen utile advertit, quod scribit Lancelot. in supra dictis locis, & præcipue in d. 3. p. cap. 12. limit. d. 49. num. 4. Doctores hac de re loquentes, esse reducendos, & intelligendos secundum terminos nostræ resolutionis, propter asserentes præsentatum, electum, seu aliàs provisum beneficio, posse pendente appellatione à tali provisione capere possessionem, & non esse attentatam; intelligi debere in appellatione extrajudiciali, & quando in provisione extrajudicialiter processum est.

Hinc intelligenda veniunt, quæ ipse dicit Lancel. 166 loco proxime citato limitatio 40. gesta post appellationem quæ sunt consequutiva ad actus factos ante appellationem non esse attentata, nec ut alia revocanda, cujus inter alia hoc exemplum reddit, quod investitura, & traditio possessionis esset actus consequutivus ad ipsam collationem, & electionem celebratam ante appellationem, quia ea ratione hoc fieri licitum esse appellatione pendente, dicunt Doctores ab eo citati ibi a n. 5. quia hoc est intelligendum, & præfati Doctores quando ipsa provisio beneficii facta est extrajudicialiter, quia tunc possessio non suspenditur per appellationem subsequutam, non autem quando judicialiter facta fuit provisio, quia tunc sententia non exequitur, sed per appellationem suspendit ejus effectus, quod ita hanc doctrinam intelligit & declarat expresse idem Lancelot. ibi à n. 10. & seqq.

Hujus tamen nostræ quæstionis resolutio, & doctrina, cui dicta distinctio inest, licet jure communi generaliter procedat, & habeat locum in quorumcumque beneficiorum collatione, institutione, electione, confirmatione, vel quavis provisione: in parochialibus tamen fallit, in quibus speciali prærogativa, peculiarique ratione, ut animarum salutis melius confuleretur, noviori inductum est à sacrosancto Tridentini Decreto sess. 24. de reformatione c. 18. ante finem, versiculo nec prædicatorem examinatorum, & in constitut. motu proprio edita Pii V. sub 14. Kalen. Aprilis 1566. incipienti, in conferendis beneficiis, & sæpe censuit

Sacra

Sacra Concilii Trident. congregatio, & Rota resolvit, ut in collationibus, & possessionum traditionibus Ecclesiarum Parochialium, per nullam appellationem suspendatur, quomodo, nulla adhibita distinctione, an extrajudicialiter, an judicialiter sit processum.

Quod ita expresse limitavit præfatam doctrinam Hieronym. Gonzal. in d. gloss. 9. in annotat. num. 213. cum sequentibus, constituit regulam generalem, quod quando in provisione beneficiorum proceditur judicialiter, appellatio habeat utrumque. Eam num. 208. limitat in Parochialibus, & specialiter declarat ipse in annotatione quam habet in margine, ibi, penes d. 263. ita (à collatione, vel provisione judiciali regulariter datur appellatio, nisi in casibus declaratis usque ad finem, &c.) quorum casus prior est iste de Parochialibus, qui habetur dict. n. 208. & loquendo in provisione Parochialis juris patronatus facta per sententiam, qua etiam declaratur beneficium juris patronatus esse, tenet idem, ut non possit appellari quoad suspensivum. Joan. Hieronym. Campaniull. divers. jur. canon. rubrica 11. cap. 13. nu. 476. pariter & eodem modo Perez de Lara ubi supra dict. l. 2. c. 11. qui postquam à principio resolvit permisam esse appellationem, quando per sententiam definitivam jubetur fieri institutio, seu collatio beneficii, dicit num. 7. ex Trident. decreto, prædictam doctrinam non habere locum in Parochialibus, allegans ad id Rotæ decisionem 6. 2. p. n. 3. in novissimis.

169 Et ita omnimodo, non alias intelligendus est prædicti Tridentini locus & motus proprius, ut in Parochialium provisione, sive extrajudicialiter, sive judicialiter procedatur, possessio per appellationem non suspendatur, peculiari ratione, qua fundantur ea jura, quæ non viget in cæteris beneficiis favore animarum, cum expediat earumdem salutis celerrima Parochialium provisio, eam alias ex longa vacatione Parochialium periculum sequatur animabus, textus in cap. si Apostolica 35. de præbend. in 6. ibi, ne ipsarum 170 vacatio diutina periculum valeat animabus afferre, &c. & in motu proprio Pii V. in conferendis probatur ad medium, ibi, Ne Parochiales Ecclesiæ diu in suspensio maneat, in maximum animarum periculum, &c. quæ est ratio, ut multoties recedatur à juris communis regulis, & dentur in Parochialibus specialitates

171 aliquæ extra citataque beneficia, quæ simplicia sunt, ut videre est ex his quæ Gonzal. de mens. §. 5. proemiali à num. 125. & in glossa 6. per totam, & sic dicitur, quod curæ animarum exercitium continet in se magnum periculum, cum sit ars virtutum, cap. penultim. de arate & qualitate. Bonifac. Vitallinus in clem. 1. n. 29. de præbend. ubi n. 30. & 32. dicit, quod cura est tanto pretiosior, quanto periculosior, & quod non omnis Sacerdos est ad curam animarum idoneus, & sic si intelligerentur dictæ novæ dispositiones de appellatione extrajudiciali tantum, nihil specialitatis, nec favoris continerent ultra jus commune, quod eo casu omnibus aliis beneficiis quibusvis, & Parochialibus licet admittere appellationem ex d. c. constitutis, & Doctorum cætera; dixi & sic ut dubio serviat, illorum juris dispositio juxta l. Labeo de Carbonia. edito, intelligenda, & trahenda est ut disponat in casu, quo aliàs erat ei permessa appellatio, ut est in processu judiciali.

174 Quod novum non est, quia quando periculum est in mora, recedimus à regulis ordinariis, ac ideo ea quæ celerem expeditionem desiderant, appellationem non admittunt, Speculator de appellat. §. in quibus versic. 8. Franchus in cap. quafrome sub num. 18. de appellat. per illum textum, & Lancelot. Robert. de attentat. 2. part. cap. 12. limit. 43. num. 1. cum seqq. & ultim. & penult. Ergo cum imminet animalibus periculum ex Parochiali longa vocatione, & morosa provisione, prout fo-

Salgado de Protect. Reg.

ret, si tres sententiæ executorialesque ad ejus provisionem expectantur; nihil mirum, ut concilium omnem appellationem, & extrajudicialem, & judicialem adimeret periculi, & specialitatis ratione atenta.

Desuper suadet, quoniam Concilium ita disposuit: (nec prædictorum examinatorum relationem, quominus exceptionem habeat nulla devolutio aut appellatio, etiam ad S. Apostol. &c. impediatur, aut suspendatur, &c.) quibus verbis omnem appellationem tam judicialem, quam extrajudicialem excludit, quia dictio (nulla) est distributiva, pertinet ad plura nec potest de uno tantum prædicari, ita Jas. in leg. quemadmodum num. 3. per illum textum, ff. de acquire. possess. Alexander in l. 1. ff. eodem tit. Zenedus in singular. singul. 67. num. fin. ubi n. 1. ex pluribus dicit, quod est negativa universalis omnia excludens.

Deinde probatur ex eo quod licet quando appellatio prohibetur in odium alicujus, & atrocitatem criminis, sit poena, tamen quando prohibitio appellationis provenit ex natura causæ, ut in possessorio, alimentis, hoc casu, &c. tunc est privilegium inducendum ipsi causæ. Ita eleganter Bald. in l. observare n. 12. Cod. quorum appellat. non reci. sed privilegii ita debet fieri interpretatio ut aliquod specialitatis contineat, 177 cap. in his 20. de privilegiis. Hostiens. per textum ibi in cap. 11. num. 9. de rescriptis. Anastasius Germon. in tractatu de indultis §. etiam si secularia numero 14. & ut aliquid addat juri communi, ut in simili dicit Purpuratus consil. 271. in fin. Socin. consil. 84. num. 6. vers. confirmantur præmissa. Barba. consilio 44. num. 9. in fine. Petrus Surd. decisione 123. numero 11. & probant textus in leg. 1. ff. ad municip. l. si quando, ff. de leg. 1. leg. fin. de constitution. Princ. l. si quando Cod. de inoffic. testament. & ubique gloss. & Doctores, ne inane, & superfluum dicatur, & omnis dispositio ita debet intelligi, & interpretari, ne reddatur superflua. Castrensi. consil. 175. num. 4. volum. 1. Socinus consilio 33. nu. 14. volum. 1. Craveta pro gener. num. 46. & sequentibus, 179 etiam in materia stricta & pœnali, Baldus in cap. 1. de cap. qui cur. vend. Abbas consilio 32. columna 1. in fine volum. 2. Surdus decisione 195. numero 1. plures allegans in consilio 127. numero 9. ergo cum in Parochialibus jure communi, quando proceditur extrajudicialiter, appellatio non admittitur, & hoc noviter privilegio inducat Tridentin. & motus proprius, ut nulla in eis appellatio admittatur, debet intelligi ultra jus commune, & sic in casu quo aliàs admittebatur.

Alter enim minimè posset verificari doctrina supra tradita à Doctoribus, præcipue Lara dict. cap. 11. nu. 7. & Gonzalez dict. gloss. 9. in annotat. nu. 209. & ite. 180 rum 184. cum sequentibus, pro quibus est decisio Rotæ 10. numero part. 2. diversorum, & decis. 6. sub numero 1. & supra cum sequentibus part. 2. diversis. Trident. dispositio. dict. cap. 18. quoad appellationem esse specialem, quoad Patriarchales tantum, & ita nullo modo esse trahendam, nec intelligendam in cæteris beneficiis simplicibus, quæ si in appellationibus judicialibus non loqueretur, idem utique contineret, quod jus commune, & ita necessariò trahi deberet ad alia beneficia simplicia, quod esset absurdum & non speciale.

Et facit ad propositum fetè in terminis, quod dicit 181 Aretin. in consil. 106. numero 7. & 11. quod statutum prohibens appellari ab interlocutoria, puta, locum habeat, etiam quando ex jure communi permessa est appellatio, & dicit Negulantius de pignor. in 1. membr. 8. part. princ. numero 3. quod Egidiana constitutio prohibens appellationem in causis possessoriis, obinebit etiam, quando licita esset appellatio, latè Surdus de 182 cisione 164. num. 18. ubi dicit, quod etiam procedit in rescripto ex infinitis decisionibus, & doctrinis, quas

B b ipse